

23

AD LIBRVM S. LEANDRI DE VIRGINITATE.

SIDORVS in vitis illustr Episc. In Leandro cap. xxvii. Praterea edidit unum ad Florentinam sororem, de Institutione Virginum, & contemptu mundi libellum, distinctionibus praenotatum.

Paulo aliter in edita Hispaniae Bibliothecæ, inter ineditos libros s. Leandri, enumerantur tanquam distincti Tractatus,

De contemptu mundi ad Florentiam sororem.

De Virginum institutione.

S. Braulio Cæsaraugustanus Episcopus item in vita s. Isidori citatur ad xx. Jun. in Martyrol. Romano, ceu Isidorus ipse duos libros de Virginitate ad Florentinam sororem scripsisset. At vero Braulionis in specie diligentius Catalogo, deprehenditur id modo, Isidorum, quod & alii meminerunt, scripsisse contra Iudæos, postulante Florentina germana sua proposito Virgine, libros duos. Consule Hispaniae illustratae Tomum II.

Andreas noster Scottus de litteris, & omni antiquitate bene meritus, in Notis suis ad Roderici Toletani historiam, ubi libelli huius à s. Leandro conscripti mentio fit, ait, exemplar eius se vidisse in Biblioteca Toletana, & in Concil. Tolet. Ambrosij Moralis lib. XII. c. III.

Ceterum libellus hic bipartitus, duplice velut argumento se difundit; prima namque parte in mundi contemptum, & Virginitatis laudem præclare excurrit; altera, quæ distinctione prænotatus, Virginem per morum, atque asceticæ disciplinæ præcepta accurate instituit; quæ quia plano, & Tractatoribus Ecclesiasticis usitato orationis genere explicantur, commentario, vel scholijs instrui, habeas pro superuacaneo. Unica, fateor, vox Eptatichus aduertit animum, ne præteriisse videret diu quæsita; ac, nescio, an ex s. Augustini sententia constitui eius notio possit. Libros suos locutionum retractans, eos septem se fecisse meminavit, de SEPTEM LIBRIS diuinarum scripturarum, id est, Moysi quinque, & uno

Notation.
Baronij
Erratum
juvñpovs
nōv
de Isidoro
seu scripto.
relib. de
Virgin.

Libelli
partitio.

Iesv.

Iesu naue, & altero Iudicum notatis locutionibus singulorum, que minus vicitatæ linguæ latinæ. Atque hunc librorum syllabum S. Leandrum ex vsu sui temporis existimem appellasse ἡπταπλυχον, ea forma qua veteres dixerunt ἡπταπλυχον. Apollinaris Sidonius, lib. v. Epist. xv. ad Ruricium Heptateuchi librum celebrat à se relectum, & retratatum. In quem locum Iacobus Sirmondus Soc. Iesu interpres, Pentateuchum, cum Triteuchus, id est, libri Iosue, Iudices, & Ruth superaddebantur, fuisse dictum Octateuchum, ut Athanas, ad Marcellin. Et Cassiodorus c. t. Diuin. Instit. & Græci, scribentes ἡπταπλυχον. Sed, quia Hebræi librum Ruth in Iudicum librum transfudere; inde factum, ut Heptateuchum plerique pro octateucho, usurparint. Hieron. Epist. vii. & xxvii. Et Sidon. ante citatus. Idem longè ante à doctissimis viris, quibus Gregorius xiii. Iuris Canonici corrigendi prouinciam mandauit, annotatum obseruo. Distinct. xv. ad cap. sancta Romana; ubi pro Pentateucho ex Iuone legendum monent, Heptateuchum; ut ultra quinquelibros comprehendant librum Iosue & Iudicum, qua voce ac librorum coniunctione

^{* Heptatis.} Iesu sit D. Hieronymus ad Lucinium scribens. Alios* Heptatycum appellare, ut S. Gregorius, lib. vii. Ind. ii. Epistola xlviij. & lib. x. Epist. xxii. & alibi; & Rabanus præfatione in Hieronymam, & ordo Romanus cap. de Scriptuagesima.

